


**Naeniae quibus obitum quamvis luctuosum, attamen beatum Lectissimae,  
pietatis ... ornatissimae Matrone Sophiae Kellermans/ Viri quondam  
Excellentissimi, Clarissimi & Experientissimi Dn. Matthaei Bacmeisteri, Med.  
Doctoris, & Illustriss. Principis ac Domini, Dn. Augusti, Infetioris Saxoniae ...  
Viduae relictae, prosequuntur Dn. Professores & Amici**

[Rostock]: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn766613011>

Druck    Freier  Zugang





Mk-13455<sup>1-30</sup>

<16 JG. >

20

NÆNIAE,  
quibus obitum quamvis luctuosum,  
attamen beatum

*Lectissima, pietatis, probitatis, aliarumq; virtutum laude  
ornatissima Matronæ*

# SOPHIE Gessermans/

*Viri quondam Excellentissimi, Clarissimi  
& Experientissimi*

Dn. MATTHAEI BACMEISTERI,  
Med. Doctoris, & Illustriss. Principis ac  
Domini, DN. AUGUSTI, Inferioris Saxonie, An-  
griae & Westphaliae Ducis p. m. Archiatri, nec non Reip.  
Lunæburgensis Physici,  
Viduæ relictæ,

prosequuntur

Dn. Professores & Amici.

---

Typis Hætedum Nicolai Kilii, Acad. Typogr. 1657.



N moritur Pietas, moritur constantia,  
candor:  
Nulla salus nisi Te, Te, bone C H R I -  
S T E, frui!

L. M. 2.

Casp. Mauritius, Th. D.  
P. P., & Superint. & p. t.  
Rector.

BACMEISTERE, decus Medici ordinis, opti-  
me Amice,  
Grandævam matrem vita abiisse tuam,  
Condoleo vehementer ego, qui funera magna  
Exigu spatio temporis ipse tuli.  
Vxorem, Natamq; mihi Deus abstulit unam:  
Vnus adhuc superest Filius, unus amor.  
Nec tibi, qui SAPIENS nobis est norma, pepercit:  
In luctu incessit sat domus atra diu.  
Vna nobis superest patientia, nata dolorem,  
Dum fert, arcanis imminuisse modis.

A 2

Hinc

Hinc dum, quo condas M A T R E M , matrem ipse  
fatigas

Terram & mortales deseris exuvias,  
BACMEISTER E, decus Medici ordinis, optime  
Amice,  
Arbitror & luctum Te minuisse tuum.

*Scribeb. condol. mnemos.*

Joh. Georg Dorscheus, D.



**S**ic Deus ex viduo te BACMEISTERIA lecto,  
Nec non terrenis liberat ipse malis.  
Mors jubet optatam, Christo duce, tangere metam,  
Quæ bene viventem post pia fata manet.  
In cœlo nunc læta canis: mundana valete.  
Vita mihi Deus est, mors mihi dulce lucrum.

Henricus Rahne /  
J. D. & Prof.



**D**ile, cur planctus edistantos, Collega ad amare,  
Et passim lacrymis ora genasq; rigas?  
MATER ait moritur. Moritur; sed vivere pergit:  
Nam mundo moritur, vivit at usq; Deo.

Absit

Absit ei invidias æternæ gaudia vita,  
Quæ tibi labantis stamina prima dedit.  
Non liber incassum revocare à funere votis,  
Prospera cui semel est spernere nostra datum.

Solaminis ergo l. m. q.  
f.

CASPAR March / D.  
Med. & Math. Prof.

\*\*\*\*\*!\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*

**S**iste pias lacrimas : de tot tantisq; triumphat  
Hostibus, arumnis, luctibus, alma Parens.

Sebastianus Wirdig / D.  
& P.P.

\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*:\*\*\*\*\*

**S**i foret in Medico semper relevetur ut æger,  
Quam manus hæc matri docta tulisset opem?  
Æclapius, pariter Podalirius, atque Machaon  
Si confluxissent, non relevasset eam.  
Ultima quando dies mortalibus iniminet, omne  
vægmen in vanum porrigit arte medens.  
Arbor enim sicut spatio sis consita sylvis  
Paulatim marcer, cum fugit humor eam :  
Sic quoque nos vivus pedentim deserit humor,  
Viribus effeta est cana senecta suis,

Acci-

Accidit hoc sanctæ constanti mente SOPHIAE,  
Quæ pietate suos clausit in urbe dies!  
Post obitum Clari MATTHIÆ conjugis hæcce,  
Quæ viduam deceant dixit, & egit ea.  
Gnatos, & gnatas eduxit pulchrius: Vnus  
Professor Medicus, Pastor & alter adest.  
Elegit generum gnatæ pietate nitentem  
Ex quo, quid pietas, nos didicisse juvat.  
Ergo satur vitæ, & mundi, moritur piæ mater  
BACK MEISTERE tua, & cœlica regna petat.  
Approperent alii, senibus medicentur anhelis,  
Nepenthesque ferant, atque Anodyna sua.  
Hæc medicas omnes transgressa viriliter artes  
Huic panacæa, quies, vita beata fuit.  
Omnia nos fugiunt, humana fugacia quæque,  
Aut si non fugiunt: nos fugitamus ea.  
Quare vosgnati, & gnatæ deponite luctum  
Serius an citius, nos manet una dies.  
Molliter interea defunctæ membra quiescant  
Mox extrema dies nos sociabit ei.

*Amoris & condolentiae causâ honora-  
tissima Matrone Boës scripsit*

Christianus Woldenbergius, Crempa-  
Hols. Phil. J.V.D. & Prof.

Ontra vim Mortis non est medicamen in hortis,  
Quidjuvat amissos plangere morte suos?  
Vitam mors sequitur, post mortem vita sequentis,  
Qui bene postremum vivit obitq; diem,

A a 3

Ergo

Ergo disce mori fragilis, contemnere disce  
Immundum mundum: Caelica vita beat.

Afflui contestando  
applorabat

Georgius Hegenwald, J. D.

**Q**uam Pietas, Candor, multos tenuere per annos,  
Paucis Hanc horis trux Libitina rapit.  
Filius aptavit Matri medicamina: frustra,  
Contra vim Mortis nulla medela fuit.  
Sic est in fatis: hoc ordine vadimus omnes,  
Laudandam sequitur vitam adamata quies.  
*Hec paucula lugubndus apponeb.*

Heino Rigijs, Ph. & Med. D.

**H**æc superum lex est, ad cumbani cogimur omnes:  
Mortalisq; cito transit ut umbra dies.  
Nulli Parca furens parcit, sed dives, egenus,  
Nobilis atq; Cliens, & puer atq; senex,  
Sexus uterq; cadit, persolvere justa tenentur  
Naturæ, quotquot Corpus habent fragile.  
Quidigitur mirum, si mors pulset Medicorum  
Ostia, Nec Medicus mortis habet veniam!  
Backmeisterus enim præcellens arte medendi  
Doctor, morborum strenuus edomitor,  
In Genitrice probà, haud potuit quamvis generosis  
Pellere Morborum præsidiis furias.  
Sic plus nonunquam valet arte malum, neq; semper  
Optima propellunt pharmaca Fata satis.

Hinc

Hinc Jovæ placito pia Backmeisteria fata  
In Domino clausit, scandit & astra poli.  
Et gnomiam virtutis amatrix ac pietatis  
Soli confusa est speq; fideque Deo, hinc  
Gaudia mille capit, Medici cœlestis amorem  
Sentit, ac fruitur nectare & ambrosia.

*Debitæ condolentia Ergo  
deproperab.*

Henricus Wendt / Med. D.

**KELLERMANNA** perit raræ pietatis imago,  
Quæ Matronarum lucida gemma fuit;  
Non crudele puto potius sed amabile fatum,  
Quod non tam rapuit quam bona plura dedit;  
Namq; animam hospitio conclusam corporis ægri,  
Mors pia cœlestem transtulit in patriam.  
*condolentf.*

Bernhard Lindeman, Senator  
& Protonot.

Quæ KELLERMANNI claro de stemmate Nata,  
Atq; Renata fuit, Sanctificantis ope,  
Per salebras Mundi varias, vitæq; labores,  
Atq; graves curas exagitata diu;  
DISSOLVI CUPIO, jam pridem nocte dieq;  
Cum Paulo cecinir, dum viduata toro:  
Nunc voti compos cum reddita, morte beata,  
In cælo curis libera semper agit,

Pectori

Pectore quod toto gratiamur, & <sup>Eulogias</sup>  
Optamus cunctis cum Simeone piis.

M. Johannes Stein, P. & M. S.

**E**st bene *Defuncta*, tetricus licet illico corpus  
Vermibus esca cubet; Mens tamen altra tenet.

M. Johannes Kanzeler /

Pastor Eccl. Petrinæ.

**V**ita quid? Exilium est, Patriam petat esse beatus  
Qui cupit, in terris nil nisi prava vider.

**O**igitur verè felicem terq; quaterq;  
Matronam, Hanc quæ nunc cælica regnacolit!

M. Rembertus Sandhagen/  
ad D. Nic. Ecclesiast.

**C**um Simeone suum qui CHRISTUM cordis  
in ulnas

Accipit, & vitam Simeonis carmine finit,  
Is moritur felix, illi est pro fænore funus.  
BAKMEISTERE tua hâc genetrix jam sorte triunfat  
Fœminei qvondam non infima gloria sexus.  
Da quoque, da nobis Simeonis claudere vitam  
Carmine, quando volunt fata illuxisse supremam  
Horam, sic Patri celesti, CHRISTE, placemus.

L. M<sup>z</sup>

Henricus Müller/  
Ecclesiastes.

Nun

**I.**  
Vn der Winter meist verschlichen  
Vnd der Früling blicket an  
Sind nicht wenig Leut verblichen  
Durch den düren Knochen Mann/  
Kinder sind vor an gegangen/  
Die zu sterben angefangen  
Nu kompts an der Alten Rey  
Dass ist alt vnd ganz nicht new/  
Wenn vorhanden ist die Stund/  
Sterbt man nach den alten Vund

**2.**

Eine Edle Frau von Zugend/  
Hoch berühmt von Freyndigkeit/  
Die von Anfang Zarter Jugend  
Alter Ehr vnd Sittsamkeit  
Sich ergeben vnd Besessen  
Hat der Tod auch Weggerissen/  
Zwari ihr Scheiden macht Schmerz  
Ihres Herren Sohnes Herz  
Doch ist ihr wohl bey der Freyd  
Wir sind noch in Traurigkeit

**3.**

Wehrter Freund/ habt maß im Trauren  
Vmb die Mutter die euch war  
Herzlich lieb denn ja das Lauren  
Des Bleichmachers immerdar/

**V**

**Vns**

Uns nach vnserm Leben stelle  
Wenn dem Höchsten nur gefellet/  
Niemand ist hie aufgesetzt/  
Wenn der Tod die Sensen wezt  
Hastet er reg Jung und Alt  
Machet sie bleich Tod und Kalt.

Zum letzten Ehren der Schl. in  
Gott Auhenden Matronen  
schreib dieses

M. Michael Wagner  
Prediger an St. Cath.

**M**atronale decus, veræ virtutis imago  
BAC MEISTERORUM mater amata cadit.  
Si qva vetus pietas in charà matre refedit,  
Ista refedit in hac matre vetus pietas.  
Rite DEUM venerans Templi sacraria visit,  
Ad normam vitam dogmatis instituit.  
Extitit in natos natasq; benigna, nepote  
Proh! qvam constanter suevit amare suos.  
Sinceram coluit pacem, solerter inanis  
Igniculos rixæ stinguere dicta fuit.  
Qvam suavit, comis fuit ac affabilis omni,  
Qvam fuit in multas officiosa nurus!  
Tale pium caput ah! communi more modoq;  
Communem functis debuit ire locum?  
Omortem sèvam! nunquid mors esse neqvibas,  
Hoc tua nî peterent spicula dulce caput?  
Rixosum vulgus Telluris in inutile pondus  
Vivit deliciis luxuriatq; suis.

An-

Annon, sævitiae dare si documenta placeret,  
In dictum posses hæc dare vulgus iners?  
Ast quid? supremi fuit hæc ter sancta voluntas  
Numinis, ad cuius mors, furis imperium.

Tranqwillas, faciles mentes hoc atq; benignas  
Avocat his terris & super astra locat.

Hæ sunt deliciæ superiūm, lætatur Olympus,  
Mens ubi talis eum morte soluta petit.

BAC ME I S T E R O R U M mater sic mortua vivit,  
Vivit & in campis pascitur Elysii.

Nobile soletur genus hoc, qvod nempe vicissim  
Aspectu matris detur in æthre frui.

*condolens fecit*

Henricus Amselius Rostoch. S. P. C.

---

Omnia dispereunt, tacitisq; senecescimus annis,  
Finis adest vitæ more fluentis aquæ.

Nil etenim pietas, probitas, genus, & bona fama  
Nil virtus contra vim necis ulla valet,

Sed, genti humanæ, cum sint hæc cuncta caduca

Qvo minime credit mors venit atra die.

Exemplo docet hocce suo, Matrona senectæ

Longæ, qvæ properâ hic morte peremta jacet,

Excujus victu pietas, ex ore reluxit

Integritas, candor rectaq; simplicitas.

Nec caruit celsæ VIRTUTIS munere dio,

Divicias omnes qvæ superare valet.

Qvæ tamen extincta, & properanter ad æthera ten-  
Terrena hæcridens, talia verba refert, (dens

Gloria,

Gloria, fama, genus, bona mundi cuncta valete,

Sat me sprevistis, spernite nunc alios.

Mille etenim in terris vixi subjecta periclis,

in cœlis statio alt, tuta reperta mihi.

Non tristes animi morsus præcordia rodunt,

Pax hic perpetuis est sociata bonis.

Laus hic finito durat sine tempore perpes,

Næc non lætitias: mens capit alta novas.

Ergo mihi cœlum salve, Tu munde valeto!


Hic dolor omnis abest, hic decor omnis adest,

Qvam bene mutatum! Grator Tibi regna beata

Et tempus, qvo Te, pone seqvemurerit.

*Luctu, desiderioq; plenus  
paucula hæc adjecit*

Michael Laurentij, Rost,  
SS.Th.Stud.



Ex actis ymaginibus Lucae Bacmeisteri Sen.

Anno 1584. die 5 Calendis Februario. nocte cum die sequenti media  
et natus est nunc decimus Filius HENRICUS. quem ad Baptismum Filius X.  
detulerunt Dn. Henricus Runge Pro-Cor. Rostochi. iacobus Sas-  
se civis primarii et affinis mei. et Margareta Cronia conjux Dn.  
D. Bartholomaei Clingii.

Hic Henricus anno 1615. in Academia Tübingeri i.u. Doctor renun-  
ciatus. Nuptias celebravit Lubecce anno 1616. meare Augusto cu  
lectissimā Virgine SARAE. Nobilitissimi ac Consultissimi Viri. Dn.  
Henrici REISERI. f.u. D. Reipubl. Lubec. Consiliarii. et ejusd.  
Capituli Syndici Filia. Ex hac suscepit sequentes liberos:

1. Henricum. qui natus Lubeca dō 1618. 14. july.
2. Lucam. natum Luneburgi. ubi tunc Prepositus ac Syndicus  
erat. dō. 1622. 12. Augusti.
3. Gatteram. natam Luneburgi dō 1624.
4. Matthaeum.
5. Georgium Michaelem
6. Annam Margaretam.

Deinceps HENRICI Bacmeisteri liberis sequen-  
tia observanda:


1. HENRICUS i.u. D. post varios fortunae jactus primū successit Fratri Lu-  
ce in Secretariatu Academia Tübingeri. deinde Consiliarii dē-  
cis Würteberg. factus. habuit duas uxores. Prima Anna Barbara  
Siegfrieden. Dn. Georg. iohau. Siegfrieden Cor Nordling. Filia.



Annōn, s̄evitiae dare si documenta place  
 In dictum posses hæc dare vulgus inerit.  
 Ast quid? supremi fuit hæc ter sancta v  
 Numinis, ad eajus mors, furis imperiu  
 Tranqwillas, faciles mentes hoc atq; ben  
 Avocat his terris & superasta locat.  
 Hæc sunt deliciæ superiūm, lætatur Olymp  
 Mens ubi talis eum morte soluta petit  
**BACMEISTERORUM** mater sic  
 Vivit & in campis pascitur Elysiis.  
 Nobile soletur genus hoc, qvod nempe v  
 Aspectu matris detur in æthere frui.

Henricus Amselius

Omnia dispereunt, tacitisq; sendunt  
 Finis adest virtue more fluent  
 Nil etenim pietas, probitas, genus, &  
 Nil virtus contra vim necis ullam  
 Sed, genti humanæ, cum sint hæc cu  
 Qvo minime credit mors venit.  
 Exemplo docet hocce suo, Matrona  
 Longæ, qvæ properâ hic morte p  
 Excujus vietu pietas, ex ore relaxit  
 Integritas, candor rectaq; simplicit  
 Nec caruit celsæ **VIR TUTIS** mu  
 Divitias omnes qvæ superare val  
 Qvæ tamen extincta, & properante  
 Terrena hæc ridens, talia verba r



the scale towards document